



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De translatione sancti Hieronymi. Cap[itulum]. cxlv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



Transla

tio corporis sancti Hieronymi duplex est. Prima est illa de qua scribit cyrilus hierosolymitanus episcopus in epistola ad augustinum de eius miraculis transmissa. Tum enim corpus gloriosi doctoris apud bethleem iuxta presepe domini: ut ipse mandauerat humo obrutum fuisset: et ibidem insignibus et inauditis miraculis conuiscaret. Videbas fidelibus: quod illud corpus sanctissimum iacens in terra indignis tractaret. Ideoque de coro sepulchro marmoreo in ecclesia bethleemica fabricato. Cyrilus hierosolymitanus patriarcha cum clero et populo sancti corpus eodem transferendum decreuerunt et diem dominicum post penthecosten ad hoc faciendum celebrius statuerunt. Et concurrente populi multitudine exurbibus conuiscens: terram ubi iacebat corpus effodit: et euacuata fouea illud in aere pendere conspicunt: ita quod nulla sui parte humi contingens integrum et incorruptum omnino reperit odorisque fragrantia mira cuncti senserunt. Corpus autem inde leuatum et super altare positum est: ut a fidelibus videretur. Tunc traxit die ipso. xvi. ceci illuminati sunt: tres quoque a demonio vexati illud adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris vidue populi frequentia compressus effocatus est. Quae mater in fossa ubi corpus sanctum iacuerat: profecit exanimem: et continuo viuus surrexit. Quod cernens rusticus: cuius filii cadaver defuncti ante tres dies sepultum fuerat accedens ad locum corpusque filii exhumatum ad ecclesiam attulit et in foueam profecit: statimque spiritum vite recepit. Circa vesperras autem post praedicta et alia multa miracula exhibita: corpus in monumentum repositum fuit: et fouea terra repleta. Sed mane monumentum vacuum est inuentum: et euacuata iterum fouea corpus repertum est loco pristino restitutum. Stupentibus cunctis sequenti nocte Cyrillo dormienti Hieronymus gloriosus apparuit: corpusque de loco ubi iacebat nullatenus amouendum admonuit dicens: quod ibidem quiescere debebat: donec hierusalem ab infidelibus caperetur: et tunc ad urbem romam deportaretur. Quod cyrilus ceteris enarravit: et unusquisque deo gratias egit. Haec autem translatio die certum non habet: nisi quod cyrilus eam die octaua penthecostes factam fuisse scribit: que tamen dies nescitur quoto die cuiusque mensis eodem anno contigerit.

Secunda translatio est que in romanis chronicis reperitur qua corpus eius de bethleem ro-

mam translatum est: et in ecclesia sancte marie maioris reconditum. Post multa enim annorum curricula ab obitu hieronymi gloriosi hierusalem destructa: et a saracenis occupata cum pene omnium sanctorum esset orbata reliquias: solo beati hieronymi corpore in partibus illis relicto: apparuit ipse doctor uni monacho sibi degenti: mandans eideque corpus suum romam deferret: et in ecclesia dei genitricis iuxta presepe domini tumularer. Qui cum hoc facere formidaret a sancto doctorum secunda vice admonet: et iussa adimplere recusans: tertio de negligentia durius increpatur. Tunc sancti hieronymi reliquias latenter surripuit: et cum duobus fidelibus comitibus prosperis succedentibus romam venit. Quae sanctus iterum iuxta urbem per visionem admonuit: ut solis canonicis ecclesie conuocatis corpus de nocte quasi clandestine reconderet: ne et superuenientibus turbis diminutionem aliquam in reliquiis sustineret. Itaque prout sanctus mandauerat iussa perfecti: praemissa solis ipsius ecclesie canonicis nunciavit: et ipsis presentibus in loco humili: videlicet in terra ante presepe domini corpus nocte deuote reposuit: ubi a quibusdam voces angelice cocinere audire: luxque immensa uti solis radii meridiana ibidem effulset: miraque odoris fragrantia unquam respicit. Celebrat autem haec festiuitas die quo corpus almi doctoris ibi depositum est: videlicet. vii. idus maii.

De sancto hermete discipulo. Cap. cxli.



Hermes discipul

et episcopus: de quo apostolus paulus ad romanos. xvi. scribens meminit. Hic dicit fuisse auctor libri: qui dicit pastor: et apud multas grece ecclesias publice legitur: multaque de eo libro scriptorum veterum scripserunt testimonia: sed a latinis pene ignotus est. Sepultus est rome apud baptisterium ex facultatibus sancte praedictis constructum: ut dicit hieronymus de viris illustribus. Doctorque abbas hunc ex numero. lxxij. discipulorum fuisse dicit: qui episcopus philopoleos fuit: et rome decessit. In libro etiam pontificum habetur: quod sub episcopatu patris pape hermes libri composuit: in quo mandatum continetur: quod ei precepit angelus domini cum ad eum in habitu pastoris venisset: et die dominico pascha celebrari constituit. Tunc festum agit. vii. idus maii.

De sancto metrone confesso. Cap. cxvii.



Metron confessor

ne colitur in ecclesia sancti viri talis sepultus. De quo fertur quod illuc peregrinus aduenit: sed unde venerit aut quo loco eorum fuerit ignoratur. Ibique existens noui penitentie modum adinuenit. Nam lapidi magno